

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Qvaestio XX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

kauffen zc. Do nun die Gefangene vff ihrem gethanen Belânnuß der öffentlichen gehegten peinlichen Halsgerichter freywillig verharren / oder deß sonsten wie rechte überwiefen würden / So möchten sie alle sechs nach Scherffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft / vnd andern zum abschewlichen Exempel vffs Radt geleyet werden B. N. W.

Versus Lawenburg / An Herzog Francken von Sachsen / Engern vnd Westphalen / Mens. Augusto Anno 1598.

Similiter modo pronunciatum in casu attentati assassinij ad requisitionem Erasmi Pfeiffers us Pontis / Mens. Junio, Anno 1596.

QVÆSTIO XX.

De crimine Veneficii, & pœnâ occidentis aliquem veneno.

SUMMARI A.

- 1. Veneficium generale nomen est, & accipitur quandoq. pro sortilegio & incantatione.
- 2. Parum refert, an quis præbeat venena simpliciter mala, an qua alterius materia adjectione salubria fieri possunt.
- 3. Non est indifferenter prohibitum, venena comparare & habere.
- 4. Quando vendens venena Reus fiat veneficii, nu. 5. 6. 7.
- 8. Quâ pœnâ vendens indifferenter venenum, pleâti debeat, n. 9.
- 10. Crimen Veneficii atrocissimum & gravissimum est, n. 11.
- 11. Reus Veneficii crimen proditiõis committit.
- 12. Quapropter pœna huius delicti exasperanda est.
- 13. Quo genere supplicij hie in terris Reus Veneficii sit pleâendus, numer. 21. 22. 23. 24. 25. 31. 32. 34.
- 14. Pœna huius delicti, de Iure Civili est capitis truncatio, n. 16.
- 15. Explicatio Constit. Elect. 3. p. 4. in §. ult. n. 35.
- 16. Pœna Veneficii de Iure Saxonico, n. 19.
- 17. Pœna occidentis aliquem veneno, quam sui secundum Ordin. Crimin. Carolin.
- 18. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 27. 28. 29.
- 19. Responsa Scabinorum Lipsensium, ius & consuetudinem faciunt.
- 20. Statuta ijs in locis, ubi vigent, ius faciunt civile.
- 21. Intellectus art. 13. vers. Welcher Christenmann &c. n. 37.
- 22. Ius Saxonicum auctoritatem habet in foro Saxonico quatenus usu & observantia est receptum.
- 23. Explicatio Constit. Elector. 18. p. 4. n. 40.
- 24. Quomodo puniendi sint, qui parentes, liberos, vel conjugem veneno necant.
- 25. In delictis concurrentibus pœna gravioris delicti irroganda est.
- 26. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 44. 45.
- 27. Iudex ex circumstantiis delicti pœnam pro arbitrio mitigare potest.
- 28. Responsa Scabinorum Lipsensium.
- 29. Quando pœna Veneficii sit exasperanda, numer. 49. 50.
- 30. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 52.

Aggravatur quoque pœna homicidij in crimine VENEFICII, quando quis alium veneno occidit, Anton. Gomez. tom. 3. variar. resolut. capit. 3. numer. 7. Bald. in capit. 1. quibus, mod. feud. amitt. col. 4. Salycet. in l. 1. C. ad Leg. Corn. de sicar. col. 2. Hyppol. de Marsil. in rubr. ff. eod. tit. numer. 4. Ancha, in capit. 1. de homicid.

Quamvis enim vocabulum hoc apud Doctores generaliter etiam pro Sortilegio & Incantatione sumatur, ut & qui quæve illam nefariam artem exercent, Venefici & Veneficæ vocentur, propterea quod ea quæ adhibent, venena esse putentur, & tanquam venena essent, propinentur; Quandoque etiam venenis aut venenatis rebus utantur, de quo genere Veneficii suo loco etiam dicitur; Attamen Veneficium hic tantum accipitur pro homicidio, quod veneno dolose committitur, l. 3. in pr. ibi: Qui venenum necandi hominis causâ fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, ff. ad Leg. Corn. de sicar. adeoque ut Veneficium dicatur commissum, animus dolosus necandi maximopere requiritur.

Unde sequitur Primò, parum refert in hoc crimine, an quis præbeat venena simpliciter mala, quæ scilicet nullo modo alterius materiæ adjectione salubria fiunt, & usu nobis esse possunt, quemadmodum de serpentum veneno explo-

ratum est, qualia venena absolute sunt prohibita, eò quod nullus eorum sit usus, nisi ad nocendum & necandum; An verò quis utatur ijs venenis, quæ alijs mixta materijs adeò nocendi naturam deponunt, ut ex hisce antidoti & alia quædam salubria medicamenta conficiantur, l. 35. §. 2. de contr. emt. Veluti sunt Cictura, Salamandra, Aconitum, Pituocampæ, Mandragora &c. l. 3. §. 3. ff. ad Leg. Corn. de sicar. Gædd. ad l. 236. numer. 2. ff. de verb. signif. Alb. Gentil. ad l. 1. C. de malef. & math. pag. 18. Quæ eatenus fulum prohibita sunt, quatenus nempe quis hominis necandi gratia temerè ea tractet, d. l. 3. in pr. §. 1. & 3. Si enim præbens venena animum habeat necandi, & occidat aliquem, hoc crimen incurrit, non obstante qualitate & varietate venorum, modò illa per sese fuerint mala venena & notica.

S E C U N D Ò : Neque prohibitum est simpliciter venena comparare & habere, ut quæ ratione finis tantum illicita sunt. Eri enim quidam opinentur Pigmentariis tantum & Medicis venena habere & tractare permissum esse, extra hos præterea nemini, hoc tamen nullo textu probatur. Non enim d. l. 3. ff. ad Leg. Corn. de sicar. nec ulla alia, inter personas distinguit, sed generaliter prohibet venena tractare & habere, dolose scilicet, temerè, vel necandi causâ, & eatenus etiam Pigmentarij Rei veneficii

ficij dicuntur in *d.l. 3 §. 3.* Ad bonum autem finem, puta ad tollenda animalia detrimetosa, & ad occidendum mures, venena comparare & habere nemini certè prohibitum est, *Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 23. n. 5. Pet. Theod. in Coll. Crim. disp. 7. th. 3. lit. A.* Imò contrarium demonstrari potest ex Constitutione Carol. Crim. art. 37. *in pr. ibi:* Et könnte dann mit gleichlichen Schein anzeigen / das er solche Gifft zu andern vnsträfflichen Sachen gebraucher hette / oder brauchen wollen.

4 TERTIO: Sequitur etiam exinde hoc, Quod vendens venena non semper & indistinctè fiat Reus Veneficij, sed tunc demum, si venenosa medicamenta vendat hominis necandi causâ, prout dicitur in *diēt. l. 3. in pr. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Secus si vendat ignoranter, sine dolo & non animo necandi, *Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. quæst. 122. n. 48. Paul. de Castr. conf. 299. col. 3. post. n. 3. lib. 2. Paris. conf. 267. n. 4. & seqq. lib. 4. in dubio autem ignorantia præsumitur, & dolum animumque necandi allegans, eum probare debet, præsertim, quando venenum ab aliquo publicè & palàm venditur, Bertaz. conf. 138. n. 3. lib. 1. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib. 9. cap. 23. n. 11. & cap. 26. n. 16.*

5 Quod eatenus verum esse puto, ut veneficij pœnâ ordinariâ is solùm teneatur, qui vendit venena hominis necandi causâ; Aliàs sanè, Veneficij quoque crimen incurrunt, qui temerario ausu, nimia incogitantia & imprudentia venena tractant, præparant, ac vendunt. Quæ temeritas redargui potest non solùm in patribus familiâs & alijs, qui non sunt pigmentarij & Medici, si videlicet temerario ausu illius artis cujus gnari vel penitus, vel satis non sunt, scientiam sibi arrogando, hæc periculosa venena ipsi præparare & alijs dare non vereantur; verùm etiam in ipsis pigmentarijs, Pharmacopolis, medicamentorum venditoribus, & Aromatarijs, si vel suæ professionis terminos egrediendo ad morbos depellendos ipsi per se insolenti ausu alijs venena præbeant, quæ tamen ab ipsis Medicis non nisi rarissimè, & summâ circumspectione præviâ adhibentur; Vel venena nocitura vendant imperitis, fatuis, servis meretricibus, alijsque personis, in quas suspicio cadit, quod illa ad damnum & perniciem alterius sint adhibitura, *Ang. & Hypp. de Marfil. ad diēt. l. 3. §. 2. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. Iodoc. Damboud. in pract. crim. ca. 74. n. 9. Pet. Theodor. in Colleg. crim. disp. 7. th. 3. lit. D. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 20. num. 9. vers. quod intelligendum &c.* (quod tamen Farin. diēt. quæst. 123. num. 49. quoad meretricem limitat in veneno tali, quo mulieres & meretrices uti soleant in poliendo visum, prout est Sublimatum, tunc enim aromatarius hujusmodi venenum illi vendens verisimiliter credere poterat, quod non in alium usum illud esset operatura) vix enim venditores hoc casu dolo carere videntur, tanquam opem præstantes delicto perpetrando.

7 Eoque magis peccant vendentes venena ejusmodi emporibus suspectis, quia Pharmacopolæ, alijsque venenorum venditores ac institores juramento de non temerè vendendo & dan-

do veneno sine cognitione & permisso Magistratus sunt adstricti, *Constit. Carol. Crim. artic. 37. §. fin. ibi:* Es sollen auch alle Obrigkeit an jeden Orten die Apotecker vnd andere/so Gifft verkauffen/ oder damit hantieren / in Belübb vnnnd Eydenehmen / das sie niemant einig Gifft verkauffen noch justellen / ohne Anzeigung/ Bèrwissen/ vnd Erlaubung derselbigen Obrigkeit. Ut sic nullum dubium sit, contra hanc constitutionem & juramentum præstitum agentes, & venena absque permisso Magistratus, præsertim personis suspectis vendentes, Veneficij crimen incurrere.

8 Quamvis hoc modo delinquentes pœnâ Veneficij ordinariâ non plectendi sint. Non enim participes sunt venenationis futuræ, neque necandi causâ venena dederunt, licet dolosè contra prohibitionem eadem vendiderint, *Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 3. nu. 9. vers. item etiam infertur. Petr. à Plach. diēt. cap. 20. n. 9. in fin. vers. tametsi priori casu &c.*

9 Licet enim teneantur pœnâ Legis Corneliæ de sicarijs, si mors alicujus exinde securâ fuerit, *l. 3. §. alio Senatus consulto. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Attamen quia pœnæ ex illâ Lege Cornelia variæ sunt, *diēt. l. 3. §. pen.* hodiè pœnam venenarum vendentium arbitrariam & extraordinariam esse rectè tradit *Anton. Gomez. diēt. cap. 3. numer. 9. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæstion. lib. 2. cas. 359. numer. 1. Petr. à Plach. diēt. capit. 20. numer. 9.*

10 Est autem crimen Veneficij absq; dubio gravissimum & atrocissimum, *Gloss. in l. 1. verb. plus est C. de malef. & mathe. & in §. eadem lege, in verb. Venefici, Inst. de publ. judic. Iodoc. Damboud. in pract. crim. c. 74. n. 2. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 3. n. 7. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 20. in pr. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib. 9. c. 22. n. 1.*

11 Non solùm propterea, quod plus sit hominem extinguere veneno; quam gladio occidere, ut loquitur Imperator Antonius in *l. 1. C. de Malefic. & Mathem. gloss. in §. eadem, Instit. de publ. judic.* Unde & Judex Reum, quem propter delictum ad pœnam mortis condemnare potest, veneno interficere prohibetur, *Laut. damnus, §. 1. 12 vers. proinde, ff. de pœn.* Sed & quia Reus Veneficij simul crimen proditoris & alevosia committit, *Bald. in l. nemo Clericus, C. de summ. Trin. & fid. cath. & in l. cum fratrem, C. de his quib. ut indig. Anton. Gomez. diēt. cap. 3. nu. 7. Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. quæst. 122. n. 4. Damboud. diēt. c. 74. n. 1. Foller. in pract. crim. in verb. item quod fororem venenavit. n. 3.* Venenare enim species proditoris est, *Tiber. Decian. diēt. lib. 9. cap. 22. n. 1.* Et venena ut plurimum propinantur occultè & per insidias, ita ut difficilimè evitari queant, *l. consensu, §. si qua igitur & §. vir quog. C. de repud. Agid. Boss. in tit. de homicid. num. 14.* Hinc omnia disposita in homicidio vel delicto proditorio procedere etiam in homicidio per venenum commissio, tradit *Petr. à Plach. in epitom. delict. ca. 20. in pr. & n. 1.*

12 Merito igitur in crimine hoc Veneficij ob ejus atrocitatem pœna homicidij exasperanda & aggravanda est. Veluti etiam in Perlide Venefici

¶ I An vendens venena Reus fiat Veneficij, & quâ pœnâ plectendus sit?

fici ita plebentur, ut in amplo lapide caput impingerent, rursusque alio superinducto confringerent & colliderent, teste Alexand. Genial. libr. 3. cap. 5. Et de Galba refert Sueton. in vitâ eius cap. 9. quod in provincia cum tutorem quendam, qui pupillum, cui substitutus erat heres veneno necasset, cruce affigendum damnavit, implorante autem eo leges, & civem se Romanum clamante, quasi solatio & honore aliquo pœnam levaturus, mutari pœnam iussit, multoque præter cæteras altiore & dealbatam statui crucem iussit, cui affigeretur. Romanos quoque ob Veneficium commissam sepulchro majorum privatos fuisse, colligitur ex oratione Tul. pro Cluen. dum Cluentio futurum ait, ut si Veneficij Reus damnetur, patris sepulchro privetur.

14 Sed quo genere supplicij Veneficij Rei hisce inter-
 Qu. 2. Quo ge-
 nere supplicij
 Rei Veneficij
 hisce in ser-
 vâ plebendi sine?

14 *Sed quo genere supplicij Veneficij Rei hisce inter-
 riu afficiendi? Certè veneno aliquem occidentem
 pœnâ mortis naturalis plebendum esse, non mi-
 nus ac si proprijs manibus occidisset, vix dubita-
 te licet secundum gloss. in l. 1. in verb. plus est, C. de
 malefic. & mathem. At quo genere pœnâ talis è
 medio tollendus sit, adeò clarum & expeditum
 non est, cum triplex ferè pœna constituta repe-
 riatur, qua Veneficij Reus puniri potest.*

15 Prima est Iuris Civilis, Pœna nimirum Leg-
 Pœna Iuris
 Civilis.

15 *gis Cornelie de sicarijs, quæ est gladij, l. 1. in pr.
 ibi: Lege Cornelia de sicarijs & Veneficij tenetur
 qui hominem occiderit &c. Et §. 1. ibi: Præterea, qui
 hominis necandi causâ venenum confecerit, dederit
 &c. Et l. 3. in pr. ibi: Eiusdem Legis Cornelie de sicarijs
 & Veneficij capite quinto, qui venenum nocan-
 di hominis causâ fecerit, vel vendiderit, vel habue-
 rit, plebitur &c. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. & Vene-
 fic. in quibus textibus Veneficij Rei non solùm
 cum sicarijs conjunguntur, iisdemque æquipa-
 rantur, sed & pœna Legis Cornelie de sicarijs,
 quæ est capitis truncatio, dist. l. 3. §. 5. adversus
 eosdem expressè decernitur. Et clarior est textus
 in §. eadem lege, ibi: Eadem lege & Veneficij capite
 damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam
 susurrâ magicis homines occiderint, vel mala me-
 dicamenta publicè vendiderint. Instit. de publ. jud.
 Et in l. 28. §. 9. ibi: Venenarij capite puniendi sunt, ff.
 de pœn.*

16 Quibus textibus commoti Doctores tradunt
 ferè unanimiter, venena dantem pœna capitis
 puniendum esse, hancque sententiam communi
 consensu receptam, testatur Petr. à Plach. in E-
 pit. delict. lib. 1. cap. 20. num. 1. Gloss. in §. eadem lege,
 in verb. Veneficij. Instit. de publ. judic. Iodoc. Dam-
 holder. in pract. crim. cap. 74. num. 1. Prosper. Fa-
 rin. part. 5. oper. crim. quæst. 122. num. 1. Jul. Clar. in
 §. homicidium num. 13. ubi tradit, à Senatu in cau-
 sa cujusdam Medici, qui uxori venenum dede-
 rat, ita judicatum, eique caput amputatum fuisse,
 Schneidvvin. ad §. eadem lege Instit. de publ. ju-
 dic. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. disput. 7. th. 6. lit.
 B. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. cap. 3. n. 7. Tib.
 Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 21. num. 1. & cap.
 25. n. 1.

17 Eandem pœnam videtur approbare Consti-
 tut. Elect. 3. part. 4. in §. fin. ubi pœna gladij consti-
 tuta adversus eum, qui fratrem, consanguineum,
 vel affinem veneno necat, (de partici-

dio enim veneno perpetrato ibidem agi, appa-
 rer ex verbis præcedentibus dist. Constit. Elect. in
 pr. ibi: Es geschehe mit Siff oder in andere We-
 ge &c. ad quæ sese referunt verba §. fin. ibi:
 Solcher Mord &c. Jaddito tamen majoris reatu-
 tus judicio, ut nempè Reus trahæ injectus ad lo-
 cum supplicij rapiatur. Unde sic argumentari li-
 cet: si pœna hæc constituta est in occidentem ve-
 neno fratrem, consanguineum, & affinem, cer-
 tè mitiori pœnâ, adeoque pœna gladij absque
 pertractione intrahâ ad locum supplicij, affi-
 ciendus erit is, qui personam extraneam vene-
 no interficit, magis enim delinquit qui fratrem,
 aliumvè consanguineum necat, quam qui per-
 sonam prorsus extraneam, licet eodem modo
 occiderit.

Altera pœna est Iuris Saxonici: 18
 Pœna scilicet ignis, Landr. lib. 2. art. 13. post. Med. Pœna Iuris
 vers. Welcher Christenmann / sibi: Welcher Chrt. Saxonici,
 stenmann oder Weib vngläubig ist / oder mit Zau-
 berey vmbgehet / oder mit vergiftentz / vnd der vber-
 wunden wird / die sol man vff etner Hörden bren-
 nen. Adeoque de Jure Saxonico Veneficij, qui
 venenum alicui ministraverunt, igneis flammis
 in craticulâ exurantur & concremantur, Matth.
 Coler. part. 1. decis. 180. nu. 11. Aut. consult. Saxon.
 tom. part. 4. quæst. 34 Reinhard. part. 5. differ. 40.
 vers. secus de Jur. Saxon. Matth. Berlich. part. 4.
 concl. 26. n. 7. 11. & 12.

Cum quo convenit Constit. Elect. 18. part. 4. 19
 quæ igne puniri jubet eos, qui pascua veneno in-
 ficiunt, in verb. Diejenigen so die Weide vergiff-
 ten / sollen nach Sächsischen Rechten mit dem
 Sewer gestrafft werden &c. Si ergo pœna ignis il-
 le puniendus, qui pascua unde pecora perire
 possunt, venenat, multò magis tali pœnâ dignus
 erit, qui hominem veneno necat.

Tertia pœna est Rotæ in Veneficis maf-
 culini sexus; suffocatio verò in aquis vela-
 lia pœna in fœminis ex Constit. Carolin. 20
 Pœna Ordin.
 Criminalis
 Carolina.

20 *Crimin. artic. 130. ibi: Wer jemand durch
 Siff oder venen an Leib oder Leben beschädiget /
 ist es ein Ranßbild / der sol einem fürgejeten
 Mörder gleich mit dem Rade zum Tode gestraffe
 werden / there aber eine solche Wiffthar ein We-
 besbild / die sol man erträncken / oder in ander We-
 ge nach Gelegenheit vom Leben zum Tode richten
 &c. Juxta Constitutionem igitur Criminalem
 Carolinam, Veneficij qui citra artes magicas, po-
 tionibus & venenis aliquem clam interficiunt,
 veluti latrones puniri solent, Mares Rotæ, Fœ-
 minæ aquâ, Wesemb. in parat. ff. ad Leg. Cornel.
 de sicar. n. 30.]*

Apparet ex hisce, Pœnam in crimine Venefi-
 cij non omni tempore ac jure uniformem fuisse.
 Quemadmodum etiam Veteres Scabios in
 dictandis pœnis Veneficij admodum variasse re-
 perio: non solùm enim pœnam Rotæ secundum
 Constit. Carol. Crimin. Reis Veneficij ad judica-
 runt, sed quandoque eos gladio puniendos, &
 cadavera postmodum Rotæ affigenda esse re-
 sponderunt.

Vt Indici & Scabios Pegaviensibus, Mens. Ja-
 nua: Anno 1605.
 Questori Colacensi, Mense August. An. 1612.
 Quando.

Quandoque etiam Veneficij Reos secundum rigorem Juris Saxonici igne comburendos & concremandos esse pronunciarunt;

Ad consultationem Senatus Sangerhusani, Mense Novembr. Anno 1585.

Judicis & Scabinorum Cizensium, Mense April. Anno 1587.

Cassari & Johannis Theodorici à Schönberg 161. Mens. Junio, Anno 1595.

²¹ Verùm, hodierno tempore posterior pœna, scilicet Rotæ, usu communiter recepta est, ita tamen ut hisce in terris Rei hujus criminis in distinctè sive Venefici masculi, sive Veneficæ fœminæ fuerint, Rotæ supplicio puniantur. Ut sic Regulam generalem haud verear:

²² Quod scilicet Reus veneno aliquem necans Rotâ contundi debeat.

Tum, ob Constit. Criminal. Carolin. in dict. artic. 130. quæ expressè pœnam Rotæ decernit. Cujus constitutionis sanè autoritas in Imperio Romano, adeoque etiam hisce in terris summa est.

²³ *Tum*, quod nec pœna gladij, neque ignis supplicium huic crimini correspondere videatur. Non certè illa, utpote mitior delicto, quam etiam meretur qui simplex homicidium committit, graviore ergò pœnâ plectendus ille, qui veneno aliquem necat, cum plus sit hominem extinguere veneno, quam gladio occidere, l. i. C. de malefic. & math. Neq; hæc, ceu nimium dura, quæ propriè tenentur Veneficij, qui artibus diabolicis nocent. Tertia igitur ceu media pœna, nempe Rotæ eligenda est, quæ etiam obtinet in Latrocinio, cui æquiparatur Veneficium dict. artic. 130. Ordin. Criminal. in verb. Einem fürgefahren Mörder gleich &c.

²⁴ *Tum*, quia in Constit. Elect. 3. part. 4. expressè dispositum est, Utij, qui liberos, parentes vel conjugem veneno necant, pœnâ patricidij ordinantur, Culei nimirum, vel copiâ fluminis deficiente, Rotæ pœnâ plectantur, quod supplicium mitius est pœnâ ignis. Si ergo Venefici, qui extraneas etiam personas veneno perimunt, juxta rigorem Juris Saxonici flammis igneis concremandi essent, certè pœnâ severiori punirentur, quam qui parentes, liberos, vel conjuges veneno necant, qui tamen ob duplex delictum concurrens Veneficij & Patricidij gravius supplicium sustinere deberent.

²⁵ *Tum*, quod pœna ignis in Constit. Elect. 18 part. 4. decernatur solum adversus eos, qui pascua veneno inficiunt: quâ Constitutione opus nõ fuisse, si in genere Venefici igne concremandi essent. Quia ergò constitutio illa, solum eos, qui pascua veneno inficiunt, secundum rigorem Juris Saxonici vivos comburi vult, utique eo ipso alios Veneficos pœnæ ignis eximit, cum unius inclusio sit alterius exclusio.

²⁶ Hanc pœnam Scabini hodiè Veneficij Reos tam masculini quam fœminini sexus dictare solent. Veluti responderunt Nach Freyburg: So möchte er von wegen solcher Verbrechen / vnd dasset zu C. H. Mordthat selbst geholfen / auch Nach vnd Anleitung darzu geben daß derselbe von seinem Weibe / mit welcher er zugehalten / Ehebruch vnd Ober hureren getrieben / durch Giff / nemlichen Widsepulver / so er selber zu Hall zu dem Ende gelaufft / daß er damit ge-

tödtet werden sollen / ermordet vnd vmbbracht worden / mit dem Xade vom Leben zum Tode gestrafft werden B. N. W. Ad requisitionem Quæstoris, Mense Aug. Anno 1610.

Eadem pœna dictata quoq; fuit cuidam fœmina 27 B. S. quæ cibum veneno infectum quatuor personis dederat, ex quo tres agrotare ceperant, quarta autem prorsus perierat: So möchte B. S. von wegen solcher ihrer begangenen vnd bekandten Verbrechen / auch andern dergleichen Mißhändlern vnd Ubelthättern / so Leuten mit Giff nach dem Leben stehen / dieselbe dadurch zuermorden vnd vmbzubringen / zum Abschew vnd Exempel mit dem Xade vom Leben zum Tode gestrafft werden B. N. W. An Richter vnd Schöpffen zu Langefeld / Mense Julio Anno 1615.

Simili modo pronunciatum versus Ehrenfriedersdorff / quæ ancilla M. R. veneno sartorem quendam necaverat, An Richter vnd Schöpffen / Mens. Mart. Anno 1617.

Pariter fuit dictata pœna Rotæ Veneficis, Ad 29 consultationem Caroli à Dislaw / Mens. Aug. Anno 1582.

Ad requisitionem Judicis Lipsiensis, Mense Sept. Anno 1582.

Quæstoris Bornensis, Mense Octobr. Anno 1614.

Ex hisce Scabinorum sententijs apparet, pœnam Rotæ in Ordin. Carol. Criminali in Veneficos constitutam hisce in terris usu & consuetudine receptam esse, siquidem Scabini Lipsenses frequenter pronunciano consuetudinem introducunt, teste Hen. Goden. conf. 47. tit. de legitima, n. 5. vers. prout Scabini Lipsenses &c. Jacob. Schult. ad Modest. part. 3. quæst. 122. n. 15. præsertim cum ejusmodi Responsa non solum ad notitiam populi pervenerint, sed & transmissa ad Aulam illustrissimi ac Serenissimi Dn. Electoris nostri Saxon. approbata, & executioni mandata fuerint.

Contra hanc pœnam nihil faciunt textus ex Iure Civili supra adducti, l. i. in pr. & §. 1. l. 3. in pr. ff. ad Leg. Corn. de sicar. §. eadem lege Instit. de publ. judic. l. 28. §. 9. ff. de pœn. quibus probatur, Veneficij Reos capite plectendos esse. Non enim nego, de Iure Civili, Veneficos pariter atq; alios sicarios teneri pœna Legis Corneliæ de sicariis, quæ est truncatio capitis. At pœnam hanc Iuris Civilis hodiè, præsertim in provincijs Electoratus regulariter obtinere in crimine Veneficij, pernego, non solum ob Constit. Carolin. Criminal. artic. 130. sed & quia consuetudine pœna Rotæ in delicto Veneficij recepta est.

Et certè in delictis atque pœnis dictandis magis ad Ordinationem Carolinam Criminalem, quam ad dispositionem Iuris Civilis respiciendum est. Prædicta enim Ordinatio consensu omnium Statuum Imperij sancita atque promulgata juri communi derogat, & in Imperio Romano Ius Civile est, omnesque Imperio subiectos obligat. Si enim hæc vis est statutorum, ut ijs in locis ubi vigent, Ius Civile sint, cap. Ius Civile, distinct. 1. Alexand. consil. 81. n. 1. vers. quia statutum est Ius Civile &c. lib. 2. Panormit. in cap. pastoralis, §. n. 2. vers. hinc est quod appellantur Ius Civile &c. extr. de fid. instrum. Bartol. in Lomnes populi num. 60. vers. nam statuta sunt Ius civile &c. ff. de just. & jur. Felin. in cap. cum non liceat, l. 2. num. 10. col. 4. vers. unde sua statuta possunt dici, extr. de præscript.

praescript. Franc. Pivius decis. 221. n. 1. atq; iuris communis auctoritatem habeant, Panormis. in dict. cap. pastoralis 8. n. 2. vers. nam statuta loci habentur. extr. de fide instrum. Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 2. q. 78. n. 7. Alexand. dict. conf. 81. n. 1. vers. quia statutum. lib. 2. Iason. in l. praescriptione. n. 13. vers. quia talia iura statutaria & c. C. si contra ius vel ius. publ. utique eadem & multo maior auctoritas Ordinarij. Criminal. alijsq; Recensibus in Comitibus Imperialibus promulgatis tribuenda erit.

34 Maximè cum ab Imper. Carolo V. expressè dispositum reperitur, ut in materijs pœnalib⁹ ad Jus Civile commune tunc demum recurrendum sit, si certa pœna in Ordin. Crimin. non definita extet, in artic. 105. Ferner ist zu merken in was peinlichen Fällen oder Verklagungen die peinliche Straff in diese nachfolgenden Artikel nicht gesetzt / oder gnugsam erkläret / oder verständig were / sollen Richter und Urtheiler / so er zu schulden komt / raths pflegen / wie in solchen zufälligen oder unverständlichen Fällen unser Käyserlichen Rechten / unnd dieser unser Ordnung amgemäßigsten gehandelt und geurtheilet werden sol / und alsdann ihre Erkänntniß darnach thun & c.

35 Neque etiam ex Constit. Elector. 3. §. fin. part. 4. gladij pœna evinci potest. Quam enim in dict. §. in fin. de parricidio in fratres, consanguineos, vel affines perpetrato constituta sunt, ea tunc demum obtinent, si parricidium alio modo quam veneno fuerit commissum: Ne scilicet Veneficus parricida mitiori pœnâ afficiatur, quam alius Veneficus extraneam personam veneno occidens. Et benè advertendum in dict. §. fin. agi solùm de parricidio simplici, non etiam de parricidio unâ cum Veneficio perpetrato. Neque etiam ex verbis initialibus dict. Constit. 3. quæ expressè de parricidio veneno perpetrato loquuntur, certum quid probari potest. Cùm in §. in fin. verba hæc: Solcher Mord / non tàm modum parricidii commissi, quam qualitatem & animum parricidæ denotare videantur, ita ut sensus hic sit: Fratres aliosvè consanguineos pœnâ parricidii tunc demum teneri, si parricidium ab ipsis dolosè & ex proposito fuerit perpetratum. Non secus atque de parricidio parentum & liberorum in pr. dict. Constit. sancitum est, verb. etnen freventlichen Mord & c.

36 Quod ad pœnam verò ignis attinet, neutiquam ex iure Saxonico lib. 2. Landrecht. artic. 13. vers. Welcher Christenmann & c. evinci potest, Veneficos qui toxico aut veneno homines necant, igne concremandos esse Primò enim notandum, in dict. artic. 13. Landr. lib. 2. agi de iis Veneficis, qui artibus diabolicis hominibus nocent, adeoque de Sortilegio & Incantatione, quæ pœnam ignis meretur: Sicut enim Venefici ac Veneficæ vocantur, incantatores & incantatrices, qui quævè sortilegium ac magicas incantationes exercent, eò quod non solùm venenis aut venenatis rebus sæpissimè utantur, sed & ea quæ adhibent, venena esse putentur, & tanquã venena essent propinentur, ita & Veneficium, Germanicè Vergiftmüß / apud Doctores gene-

raliter pro sortilegio & incantatione sumitur, Th. Erast. in rep. disp. de Lamijis p. 37. Vt sic dict. art. 13. vers. Welcher Christenmann & c. de sortilegio ac incantatione tantùm exaudiendus, & verba hæc (mit Zauberey umgehret / oder mit Vergiftmüß) coniungenda, atq; unùm per alterum explicandum sit, quasi diceretur: Igne comburendi sunt, qui artem magicam exercēt, se diabolo devoventes, & veneno alijsvè rebus iussu ac mandato Diaboli nocentes. Quæ responsio liquet non solùm ex verbis initialibus dict. vers. Welcher Christenmann ungläubig ist & c. Vnde constat, agi ibidem de iis qui cultum divinum & fidem Christianam abnegando, diabolo operam & obsequium pollicentur; sed & ex particula vel, quæ non semper disiunctiva, sed quandoq; etiam explicativa est. l. pen. ff. de fideiussor. Zas. in l. si famul. in fin. de iurudiict.

Hæcque explicatio dict. art. 13. eò magis subsistere potest, quod in dubio verba iuris municipalis etiam ad significationem minus propriam redigere liceat, saltem quo in concordia cū iure communi ius municipale conservetur, & non multum ab eodem discrepet, Panorm. in c. cum dilectus. 8. nu. 21. ibi, in glosâ, in verb. nec iuri & c. ext. de consuetud. & consil. 111. incip. in causa Catharina Manialis. numer. 3. vers. quinimò debet impropriari & c. lib. 2. Alexand. consil. 85. nu. 21. ibi: quod ne inducatur repugnantia & c. lib. 4. Nam & aliàs, statuta ac iura municipalia interpretationem declaratoriam & passivam, ut vocant à jure communi accipiunt. Ludov. Roma consil. 144. nu. 3. vers. quia statuta intellectum & c. Iason in Auth. praterea. n. 14. ibi: adde quod ipsa pro sententia & c. unde vir & uxor. Corne. consil. 202. incip. licet in hac consultatione. col. fin. vers. & quia statuta recipiant interpretationem & c. l. 1. Andr. Gail. libr. 1. observat. 50. num. 8. ibi: regulariter enim omnia statuta & c. Hartm. Pistor. quaest. 31. numer. 29. vers. nam etsi statuta regulariter & c. lib. 1.

Deinde,posito sed non concessio, quòd in dict. art. 13. vers. Welcher Christenmann & c. lib. 2. Landr. in Veneficos pœna ignis sit constituta, negari certè nequit, Leges Saxonicas in iudicijs eatenus duntaxat iuris auctoritatem obtinere, quatenus observantiã ac usu sint receptæ, quippè cum multa usu reperiantur introducta, quæ cum verbis Juris Saxonici minimè conveniunt; contrà verò Jure Saxonico multa constituta reperiantur, quæ usu non sint recepta, atque adeò aliter non valeant, quam si consuetudine approbata fuerint, ut testatur Hartm. Pistor. l. 1. quaest. 16. n. 11. ubi tradit, falli eos, qui cognitionem Juris Saxonici magis ex verbis, quam ex usu sibi parere student. Et libr. 2. quaest. 25. num. 35. & quaest. 26. num. 17. Matth. Coler. de process. execut. in prefat. Andr. Scheffer. part. 2. quaest. 13. frustra reclamante Andr. Kniichen in comm. de Saxon. non prov. iur. in verb. iur. capit. 3. numer. 19. Vt ita textum aliquem Juris Saxonici pro se allegans, si quidem ille notoriè non esset practicabilis, probare debeat, illum usu receptum & observatum esse; Cùm autè supra luculenter demonstratum fuerit, secundum Constit. Crimin. & consuetudinem hodiernam,

diernam, Veneficos supplicio Rotæ puniri, utique de verbis & mente Iuris Saxonici in *diel. artic. 13. Landr. lib. 2.* non adeo solliciti esse debemus.

39 Magni quoque ponderis non est argumentum desumptum ex *Constit. Elect. 18. part. 4.* quæ expressè loquitur de iis, qui pascua veneno inficiunt, eosque vivos comburi iubet, adeoque hæc dispositio ad alios Veneficos non extendenda est. *Tum*, quod in correctoriis & pœnabilibus extensio non faciendagloss. in *Clement. 2. in verb. in eisdem. de atat. & qual. Rom. consil. 129. Roland. cons. 29. n. 19. & 21. lib. 1. Everh. in loco à ratione legis stricta, n. 24. Prosper. Farin. in fragm. crim. arg. extensio quando faciendae ex identitate rationis n. 77. Ne quidem ex Identitate rationis Roland. cons. 47. n. 17. & 18. lib. 1. Honde.*

40 *conf. 95. n. 118. l. 1. Tum*, quod ratio istius *Constit. minus ritè ad casum præsentem applicari queat, quæ in eo potissimum versatur, quod pascua veneno inficiens non solum plurima pecora perimat, sed & hominibus innumeris noceat, qui ex aëre infecto atque esu carnis venenatæ si non profusus pereant ac moriantur, in varios tamen morbos incidunt: quod certè de occifore hominis unius asseri nequit, adeoque veneno interficientes gravius delinquant, quàm reliqui Venefici qui unum vel alterum hominem è medio tollunt. Et, si robur aliquod huic argumento ineffet, sequeretur, solum eos igne concremandos esse, qui fontes, cerevisiam vel similia veneno inficiunt, unde homines quàm plurimi & in magnâ copiâ necari possunt, quemadmodum ita concludit post *Matth. Coler. part. 1. decis. 108. n. 6. & 11. Matth. Berlich. part. 4. concl. 26. nu. 11. allegans ad hoc sententiam quandam Scabinorum Lipsensium.**

41 *Quo modo puniendi sint qui parentes, liberos vel coniuges veneno nocant?* At, quid dicendum in casu, quo parricidium un à cum Veneficio concurrit, veluti si quis parentes, liberos, vel coniugè veneno occidat? Certè, quamvis supplicium Rotæ æquè grave videatur ac parricidii pœna, Culei nimirum, imò etiam parricidæ copiâ fluminis deficiente Rotâ puniri debeant, secundum *Const. Elect. 3. part. 4.* Attamè hoc casu parricidam Veneficû si aqua haberi queat, pœnâ Culei plecendû esse arbitror.

1 Propter *Constitutionem Electoral. 3. part. 4. in pr.* ubi expressis verbis pœna Culei statuitur in eos, qui liberos, parentes, vel coniuges, sive veneno sive alio modo ex proposito & dolo malo occidunt *in verb. Do es sich hlnsüro begeben / daß die Eltern ihre Kinder / oder die Kinder ihre Eltern / oder aber auch die Eheleute etnes das ander hñstlich thät ermorden oder umbringen / es geschehe mit Gift oder in andere Wege &c.*

2. In delictis concurrentibus pœna gravior & atrocior semper adiudicari debet Reo, *Iul. Clar. in præf. §. fin. quasi. 84. n. 4. Hyppol. de Marfil. in l. qui de crimine. in verb. plurima. C. de accusat. gravior autem habetur pœna Culei supplicio Rotæ, quippè quod hoc, in casu deficiente aquæ, demum parricidis imponatur, Constit. Elect. 3. part. 4. igitur & hoc casu quo parricidium cum Veneficio concurrit, pœnâ Culei Reus affici debet,*

Quam pœnam dicitur ant Scabini H. l. qui patrem & matrem veneno necaverat. So möchte Er gestalten Sachen nach / wegen solcher an seinen leiblichen und natürlichen Eltern begangenen unnd belandten Mordthat / sannt einem Hunde / Hahnen / einer Schlangen / und Katzen / anstatt eines Affen / in einen Sack gesteckt / ins Wasser geworffen und erträncket / oder do die Gelegenheit des Wassers / des Orts nicht vorhanden / mit dem Nade vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden / Vnd mag solche Straff / weil die That an ihrselbsten greulich und abscheulich / auch andern zum Abscheu unnd Exempel / damit sie dergleichen Ubelthat an ihren Eltern zubegehen dadurch geschreckt und abgehalten werden / in eine andere Todesstraff / als da ist / des Schwerds / nicht verwandelt werden. B. N. W. Ad consultationem H. à B. M. August. Anno 1614.

Eadem pœna dictata A. S. qua nepotem suum veneno occiderat, An die Stadgerichte zu Wurgen. Mens. Mart. Anno 1600.

Similiter pronunciatum, Ad requisitionem Prætoris Lipsensis, quando R. T. marito suo venenum dederat enim, occiderat: Hat R. T. in scharffer Frage bekandt / daß sie ihrer Magd befohlen / ihren Ehemann mit Gift zuvergeben / und daß sie hernach den Gift auch selbst neben der Magd geschabet / und erstlich in eine Kanne Bier / das ander mal in Wein und leglichen in eine Wasseruppen gethan / und daß er von dem Bier und Wein getruncken / und also des Gifts theilhaftig worden / davon er denn auch hernach verstorben. So möchte sie von deswegen / daß sie ihren Ehemann mit Gift vergeben / und ihn dadurch ermordet / mit einem Hunde / Hahn / Schlangen / und Katzen anstatt eines Affen / in einen Sack gesteckt / und ins Wasser erträncket / oder da die Gelegenheit des Wassers nicht vorhanden / mit dem Nade vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden. B. N. W. Mens. Junio Anno 1583.

Cæterum, quemadmodum iudex in aliis delictis iuxta circumstantias & qualitates facti cuiusvis pœnam ordinariam temperare ac mitigare potest, *Bart. in l. quid ergo. §. pœna gravior. in fin. ff. de his qui not. infam. & in l. fin. ff. de rebus queat?* *cep. Andr. Tiraquell. de pœn. in præf. n. 22. Blanch. in pr. crimin. §. postquam vidimus quæ iudicia sint civilia. n. 71. Iul. Clar. in præf. §. fin. quasi. 85. Egid. Boss. in tit. de pœn. n. 10. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quasi. 99. n. 16.* ita etiam in crimine Veneficii hanc licentiam ipsi competere, eumque relicto iuris rigore, certis ex causis mitiorem pœnam quandoque dictantem nequaquam à tramite iustitiæ aberrare puto. Quemadmodum etiam reperio, Dn. Scabinos ob certas, quandoque, etiam leviusculas causas pro arbitrio à pœna ordinariâ Rotæ recessisse, & Veneficii Reis secundum dispositionem Iuris Civilis pœnam gladii adiudicasse, ita tamen ut pro ratione delicti Reus trahæ injectus ad locum supplicii raperetur, vel ipsi cadaver post capitis truncationem Rotæ affigeretur.

Veluti sic responderunt. Ad requisitionem Quæstoris Cöchlensis, Mens. Aug. Anno 1612. Theodori à Schlein / Mens. Julio An. 1601. Prætoris Lipsensis, Mens. Inn. Anno 1583. Georgii à Schlein in Nadegast M. Aug. An. 1602.

Econtra etiam, ob enormitatem ac immunitatem delicti pœnam Veneficii, si res ita postu-

hanc pœnâ
exasperare
debeat?

postulat, aggravare iudici fas est. Non solum enim, is pœnas pro arbitrio temperare ac mitigare, sed etiam ex causa iusta easdem exasperare & aggravare potest, l. si se verior. ubi gloss. & Dd. C. ex quib. caus. infam. irrog. Angel. Arcton. in tract. malefic. verb. quâsi non solverit. Felin. in capit. inquisitio, col. 5. de accusat. Iason. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Hyppol. de Marsil. sing. 182. & in l. 1. §. sed & si quis, col. 2. ff. ad Leg. Cornel. de fals. V. asq. contr. illustr. cap. 14. n. 4. Andr. Gail. de pac. public. lib. 2. c. 9. n. 22.

In primis autem, pœna aggravanda est in crimine Veneficii, Quando delictum hoc aliquoties reiteratum, & homines plures distinctis vicibus veneno necati fuerint. Quo casu Reus veneficii, antequam Rotæ supplicio puniatur, candentibus forcipibus aduri debet, perinde atq; in crimine patricidii ob reiterationem delicti Reum ferro candenti lacerandum esse, supra dictum fuit, qu. 14. n. 10.

Idque propter textum expressum in Const. Crim. Carol. art. 130. ibi: Doch zu mehrer Furcht andern/sollen solche böshafftige mißhätige Personen/vor der endlichen Todesstraffe geschleiffet/oder etliche Erleiff in ihren Leib mit glüendē Zangen gegeben werden/viel oder wenig nach Ermessung der Person und Tödtung/wie von Wurdth deshalben gesetzet ist.

Quod & observarunt Scabini Lipsenses, pronuntiantes in hunc modum: Ad consultationem Prætoris Lipsensis: Haben beide Gefangene und ersüchten C. M. bekant/dasi er drey Giftpulver/derey eines schwarz, das ander gelb, uñ das dritte roth von Krebsen/Schlangen und Wolschen gemacht/und dem Todengräber zu Groß-Bischocher und seinem Knechte B. M. davon gegeben/welche es den Leuten hin und wider zu Döltz/Groß-Bischocher/Solitz/Albrechtshain und alßhier beybracht/und in die zwey und zwangig

Personen damit getödtet und umgebracht/alles der Meynung/wann die Häuser aufstürben/dasi sie viel zubegraben und zustelen hetten. Dasi er auch mit seinem jetzigen Eheweibe/bey Leben seines ersten Weibes in die drey Jahr zugehalten/gehebrüchet und sie geschwängert/und als sein erstes Weib in die Wochen kommen/hätte er sein jetziges Weib zu sich ins Haus genommen/und mit ihr verlassen/sein erstes Weib mit Gift zu töden/ihr auch einmal 6. Pfenn. zu Fliegenpulver geben/welches sie ihm gebracht/und es folgendes dem ersten Weibe in Suppen und Essen eingeben/weil sie aber davon nit sterben wolten/hette er sie in Wochenliegend mit einem Küssen ersticket/und hernach sein jetziges Weib zur Ehe genommen.

Hat auch B. M. bekant/dasi er das Giftpulver/so ihm sein Meister C. M. gegeben/sechs Kindern im Kovenet beygebracht/davon sie alle sechs gestorben/und das sein Meister ihm gesagt hätte/dasi es Gift were, ihm auch befohlen/den Leuten solches bejubringen/damit sie sterben/und sie hernach alles nehmen und sich daro auftheilen möchten/wie sie das auch auf den Sterbhäusern viel Sachen gestolen. Da ihr euch nun also bereit ertundiget hättet/oder nochmals ertundigen würdet/dasi obgedachte Personen alle/oder eins Theils gewiß und in Wahrheit umkommen/und beyde Gefangene C. M. und B. M. würden auff ihrem gethanen Belantniß vor Gericht freewillig verharren/oder des sonst wie recht überwiesen/so möchten sie beyde von wegen solcher ihrer begangenen und beolanten Mißhandlung C. M. mit fünf/B. M. aber mit drey glüenden Zangengriffen gerissen: und mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden/B. N. W. Mens. Sept. An. 1582.

Simili modo pronuntiaverunt Scabini, ad consultationem C. à D. quando duo Vespillonis G. VV. & G. P. partim pulvere venenato, partim manibus agrotos necaverant, & decem personas occiderant, ut nempe uterq; candenti forcipe ter à carnifice prehensus adureretur, & postea Rota supplicio è medio tolleretur. Mens. August. An. 1582.

Q V Æ S T I O XXI.

Quibus in casibus pœna Veneficii ordinaria sit mitiganda?

S V M M A R I A.

1. Plures accidere possunt casus, in quibus pœna Veneficii debet mitigari.
2. Imprimis quando non constat ex veneno propinato mortem fuisse secutam.
3. Ex quibus indicia præsumendum, quod ex veneno quis sit absumptus, n. 4. 5. 6.
7. Iudicio Medicorum hac in re fides habenda est, n. 8. 9.
10. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 11. 12.
13. Cessat quoque pœna Veneficii, si præbens venenum non habuerit animum occidendi, numer. 14.
15. Quæ sit pœna propinantis philtum seu poculum amatorum, n. 16. 18. 20. 21.
17. In delictis propositis & intentio delinquentis spectanda est.
19. Explicatio l. si quis aliquid, §. qui abortionis. ff. de pœn.
22. Responsa Scabinorum Lipsensium n. 23.
24. Quomodo sit puniendus, qui bruta animalia veneno perimit, n. 26.
25. Erubescimus sine lege loqui.
27. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 28.
29. Pœna venenantium pascua, n. 30.
31. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 32.
33. Quomodo puniatur Conatus in Veneficio, n. 34. 35. 36. 37. 38. 39.
40. Intellectus l. 1. in fin. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l. 1. §. 1. l. 3. in princ. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.
41. De consuetudine generali conatus non punitur mortis pœna, effectu non securo.
42. Explicatio art. 130. Ordin. Crim. Carol.
43. Vocula (vel) in iure quandoque est coniunctiva.
44. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 45.